SI QUIS FERRO PERCVSSVS FVERIT.

Herba Senecion ſi mane ad horam ſextam collecta & tunſa cum aſſungia uetere & ĩ plaga impoſita plagam aperit & expurgat. Item ſi eam ſimili modo poſt meridiem & cum aſſungia idẽ piſes & miſceas impoſita plagæ cludit & perſanat.

AD PEDVM TVMOREM VEL DOLOREM AVT IDEM NERVORVM

Herba Senecion tunſa cum aſſungia & impoſita pedum dolorem ſedat uel neruorum potentiſſime.

AD STOMACHI DOLOREM.

Herbæ Senecionis flos coliculum cũ cariota bene ſubacti ut ſit malagine genus impoſitũ in ſtomacho ſumme dolorem ſedat.

AD LVMBORVM ET COXARVM DOLOREM.

Herba Senecion per ſe ieiuno potu data ualidiſſime prodeſt.

AD PODAGRAM.

Herba Senecion trita cũ ſale ut ſiue ſit genus malagmatis oppoſita pedibus ꝓdeſſe dicitur.

NOMEN HERBAE FILIX.



Alii Perion dicunt.

AD VVLNERA.

Herbæ Filicis radicem contritam uulneri appoſitam: argimoniadis dragmas duas cum uino potu ſi dederis mox ſedat dolorem.

AD RAMICEM PVERI.

Herbam Filicem quam in radicem eſculi arboris

inueneris tunde eã cum aſſungia & pannũ induc cum impoſueris faſciam ſuſum uerſus ligabis ſa/ nabit quinto die.

## AD DOLOREM FEMORVM VEL SVRARVM.

Herba Filice fumigabis loca. Item infantem lan/ guidum ſi ex ea fumigaueris facillime cõualeſcit.

## NOMEN HERBAE GRAMINIS.



| | |
|---|---|
| A græcis dicit᷑ | Agroſtiſſen pacitope. |
| Alii | Eſicon. |
| Alii | Emaxtin. |
| Aegyptii | Anuſphe. |
| Dacii | Parthiã. |
| Itali | Gramen. |
| Alii | Aſſefolium. |
| Alii | Lumolã. |

AD EPIFORAS OCVLORVM.

Herbam Gramen quod in ſe ſũmum trifurcum habet. nam in plura diuidit᷑ decreſcente luna ſublatum teres & in potione dabis cum uino bibere deinde unũ ex his lippire incipienti ad collum ligato & celeriter epiforas diſcutere creditur.

AD SPLENIS DOLOREM.

Herbæ Graminis decoquis eius florẽ & in pãno lineo imponis in ſplenem ſentiet beneficium.

NOMEN HERBAE GLADIOLI .I. LINGVA CERVINA.

| | |
|---|---|
| A græcis dicit᷑ | Aeris aphrices |
| Alii | Xyres. |
| Alii | Materofilon. |
| Itali | Gladiolum. |



Alii Linguā ceruinā.

## AD VESICAE DOLOREM ET EOS QVI VRINAM NON FACIVNT.

Herbā gladiolū effodies & ſiccato coraxe radicis eius cōterito & addito ī uino cyathis duobus aq̄ cyathos tres coniunges & ſic potabis.

## AD SPLENIS DOLOREM.

Herbam Gladiolum maturiſſimam lectā ſiccatā

& piſatam & in puluere molliſſimo redactã & ui
no leuiſſimo.i. merticio mixto puluere & potui
datum mirifice creditur ſplenem ſiccare.

AD COLI ET PRECORDIORVM DOLOREM.

Herbæ gladioli baccas tritas & lacte caprino me
liuſ ſi aſinino tepefactũ dato bibere deſinet dolor

NOMEN HERBAE RHOSMARINI.



A græcis dicit Libanotos.
Alii Hitterites
Itali Rhoſmarinum.

Naſcitur locis marinis & hortis anteq̄ thus ſcire tur hac herba homines deos placabant.

## AD DENTIVM DOLOREM.

Herbæ rhoſmarini radix commanduca dentium dolorem ſine mora tollet. ſucū eius ſi ſuper dentem tenueris mox ſanat.

## AD LANGVENTES.

Herba rhoſmarinum trita cum oleo languidum perunges mire ſanat.

## AD PRVRIGINEM.

Herbam rhoſmarinum conteris & ſucum eius cū uino ueteri & aqua calida da per triduum bibat.

## AD EPATIS DOLOREM VEL INTERANEORVM.

Herbæ rhoſmarini faſciculum concidis ex aqua adiicies illi amomū puſillum aut ſpicam nardi & palmulas duas rutæ coliculū in ſe coque & aquā earum dabis bibere ſanus fiet.

## AD TVSSEM.

Herbam rhoſmarinum cum pipere & melle teris & facis paſtillos & dabis unum mane & unū ſero cum dormitum uadit tuſſem ſedat.

## AD INTERANEORVM DOLOREM.

Herbam rhoſmarinum uiridem aut aridam da/bis ut ſupra.

## AD OCVLORVM ALBVM SI QVIS IN OCVLO HABVERIT.

Herbæ rhoſmarini cinerem cōmiſces cum melle attico & unges.

## AD VVLNERA RECENTIA.

Herba rhoſmarinum contuſa uel cocta cum aſ/ſungia impoſita optime facit.

## AD FRIGORA ET TERTIANAS.

Herba rhoſmarinum contuſa in calida aqua ſiue cum uino potui dabis ſub acceſſione liberabis eū

# NOMEN HERBAE PASTINACAE SYLVATICAE.

| | |
|---|---|
| A græcis dicit̃ | Agrion tafilon: |
| Alii | Gige. |
| Alii | Engon. |
| Alii | Lidon aulion: |
| Itali | Paſtinacā ſyluaticā. |

Naſcitur locis ſaxoſis & aggeribus.



AD MVLIERES QuE A PARTV LA
BORANT ET NON PVRGANTVR.

Herba Paſtinaca ſyluatica cocta & de aqua eius ſe fomentet ſanabitur.

AD PVRGATIONEM MVLIERIS.

Herba paſtinaca ſyluatica cocta cũ eadẽ aqua ubi cocta eſt cõmiſce & dato bibere purgabitur.

## NOMEN HERBAE PERDICALIS



Alii Muralē dicūt.
Alii Parietariā appellāt.

### AD PODAGRAM AVT ONAGRAM.

Herba Perdicalis coquitur in aqua & ex ea aqua fouebis pedes uel genua: deinde ipſam tunſā cū aſſungia impones panno inducta in pedibus ue genubus ſanabis mire. Naſcitur in parietibuſ au

maceriis aut aggeribus.

## NOMEN HERBAE MERCVRIALIS



A græcis dicit Linoloſtis agria,
Alii Argur nos.
Alii Argv rites.
Alii Parthenion.

Aegyptii Chryſites.
Prophete Hermulaſilion.
Itali Mercurialis.

AD VENTRIS DVRICIEM.

Herbam Mercurialem coques & tritam expaſſo dabis ſtatim detrahet & ſtomachũ purgabit nã ſemen eius tritum cum paſſo dabis idem detrahet.

AD MENSTRVA PROVOCANDA.

Herba Mercurialis admota cum hirino uel rhoſaceo oleo potu data mox prouocat.

AD OCVLORVM EPIFORAS.

Herbæ Mercurialis folia cũ uino albo uentri imponuntur.

SI AQuA IN AVRES INTROIVERIT

Herbæ Mercurialis ſucum tepidum in aurẽ ſtillatur mox liberabit.

NOMEN HERBAE RADIOLVM.

Alii Silicem dicunt.

Similis eſt ſilici que feré in lapidetis naſcitur uel in parietinis habens in foliis ſingulis binos ordines punctorum aureorum.

AD CAPITIS DOLOREM.



Herbam radiolum contuſam ante curioſe depur gatam cum aceto ſcyllatico uſq; adeo decocta do nec nō pareat pro unguento capitis dolorē ſedat

AD ALVVM CONCITANDVM.

Herbæ Radioli radicem euulſam & cultro corti/ cem depurgatam cum malua & ita ius earū bibi tur ſine labore uel aliquo tedio uentrem deducit & omnes eſtus.

# NOMEN HERBAE ASPARAGI AGRESTIS.



| | |
|---|---|
| A græcis dicit | Myacanta. |
| Alii | Anaſſyragos: |
| Alii | Aſparagos agrios. |
| Itali | Aſparagos ruſticoȝ |
| Alii | Aſparagos noſtroȝ |

## AD VESICAE DOLOREM VEL TVMOREM.

Herbæ aſparagi agreſtis radicem coque in aqua ſextarii i pultario nouo ad quartas & ieiunus diebus ſeptem ſumat potui plurimis diebus balneo utatur in frigida non deſcendat neq̧ frigidam bibat. mirifice experietur.

## AD DENTIVM DOLOREM.

Herbæ aſparagi ſucum in ore contineri oportet.

## AD ELEFANCIOSOS.

Herbæ aſparagi radix trita cocta imponitur.

## AD RENVM DOLOREM.

Herbæ aſparagi agreſtis radix trita cũ uino potata proficiet.

## SI QuIS MALIVOLVS DEVOVERIT HOMINEM.

Herbæ aſparagi agreſtis ſiccam radicem cũ aqua fontana luſtrabis & ſolutus erit.

## NOMEN HERBAE SAVINA.

| | |
|---|---|
| A græcis dicitur | Inon. |
| Alii | Cynophodion dicũt. |
| Alii | Orninon. |
| Alii | Pytticion. |
| Alii | Brucanon. |



| | |
|---|---|
| Alii | Emetyſton. |
| Alii | Bratyn. |
| Prophete | Dicũt rioformos? |
| Alii | Meotheos. |

Alii Acatachiros. Itali herbã ſauinam.

## AD MORBVM REGIVM QuOD EST AVRIGINE.

Herba ſauina cũ melle & uino potata auriginem diſcutit cum uino trita idem facit.

AD CAPITIS DOLOREM.

Herba Sauina diligenter trita cum aceto & oleo rhoſaceo mixta capiti & temporibuſ illinita ual/de prodeſt.

AD CARBVNCVLVM.

Herba Sauina cum melle linitur.

AD IGNEM SACRVM.

Herba Sauina cum melle illinitur.

NOMEN HERBAE CANIS CAPVT.



A græcis dicit Anterinon. Alii Cynocephalos.
Prophete Oſireos taphe. Itali canis cerebrũ. Alii
digitum ueneris.

## AD EPIFORAS OCVLORVM.

Herbæ caniſ cerebrum radicem cũ aqua decoque
de ea aqua ubi oculos foueto celeriter lenit.

## NOMEN HERBAE ERVSTI. I. RVBVS.



| | |
|---|---|
| A græcis dicitur | Bathoſidea. |
| Alii | Cynoſbatos. |
| Prophete | Ematicanos. |
| Alii | Syntrophen. |
| Alii | Imadeos. |
| Itali | Syntix. |
| Alii | Rubus. |
| Alii | Mora ſyluatica. |

## AD AVRIVM DOLOREM.



Herbae Eruſti teneri cymaſ ſucus expreſſus tepefactus & ſtillatuſ aurium dolorem liberat & per ſanare certum eſt.

## AD EMOROIDAS RESTRINGENDAS.

Herbæ Eruſti teneri cymæ.viiii.& myrte ſyluaticæ cymæ.viiii.maligranati ſicci cortices tres coquuntur in ſe & in calida eorũ ſedes in cathedra & cũ refrigerauerit fomentabis tibi anũ hoc triduum facies mirifice reſtringet & ſanabit.

## AD PROFLVVIVM MVLIERIS.

Herbae Eruſti cymas teneras ter ſeptenas coque in aqua uſq; ad tertias & triduũ ieiuno potũ dabis ita ut quottidie renoues potionem.

## AD CARDIACOS.

Herbæ Eruſti folia per ſe trita imponuntur mamille ſiniſtræ dolor reſiſtit.

## ADVERSVS GINGIVARVM ET LABIORVM VICIA.

Herbæ Eruſti coliculos teneros in uino decoctos ipſum uinum in ore continetur.

## AD VVLNERA RECENTIA.

Herba Eruſti aut flos aut mora imponuntur ſine periculo ſanant.

## AD CONDILOMATA.

Herba Rubus de uino decoquit' ad tertias uino ſouent' condilomata & oĩa uicia ſedat.

## CONTRA SERPENTIVM ET HOMINVM MORSVS.

Herbae mori folia recentia trita imponuntur.

## AD DENTES COVFIRMANDOS AN LAXI SVNT.

Rubi cymas in uino auſtero ad tertias decoquis & ex eo in ore tenes & ipſa folia maſtices confirmat.



## NOMEN HERBAE MILLEFOLIVM

| | |
|---|---|
| A græcis dicit' | Mirion ſyllon. |
| Alii | Ambroſiam. |
| Alii | Chilloſyllon. |
| Alii | Cgryſites. |
| Galli | Mubſcandos. |
| Alii | Vigentiam. |



| | |
|---|---|
| Dacii | Diodela. |
| Itali | Millefolium. |
| Alii | Militaris achillion |
| Alii | Supcilium ueneris. |
| Alii | Cereũ ſyluaticum |
| Alii | Coprus ſyluaticũ |

Hanc herbã Achilles inuenit unde uulnera ferro pcuſſa ſanauit q̃ ob id achilles uocat᷑ hac ſanaſſe thelephon dicitur.

## AD DENTIVM DOLOREM.

Herbæ millefoli radicem ieiunus cõmanducet,

## AD VVLNERA FERRO FACTA.

Heeba millefolium cum aſſungia piſata & impoſita uulnera purgat & ſanat.

## AD TVMORES.

Herba millefolium contuſa cum butyro impone

## AD VRINE DIFFICVLTATEM.

Herbæ millefolii ſucus cum aceto bibitũ mire ſanat.

## NOMEN HERBAE RVTE HORTENSIS.

A græcis dicitur Eriſion.

## AD SANGVINEM FLVENTEM DE NARIBVS.

Herba Rute hortenſis frequentius adorata ſanguinem de naribus mire reſtringit.

## AD INFLATIONES.

Herbam Rutã hortenſem crudam paululum edito uel in potione ſumito.

## AD STOMACHI DOLOREM.

Herbæ Rutæ ſemen cum ſulfure uino & aceto ieiunus guſtato.

## AD INGVINEM.



Herba ruta uiridis coquit̃ ex oleo deinde cõmi-
ſcetur cera & ut cerato in linteolo utitur.

AD EPIFORAS OCVLORVM.

Herba ruta cũ polẽta bene trita & poſita lenit epi
foras nã & radix contuſa & linita emendat.

AD CALIGINEM OCVLORVM.

Herba rute hortenſis rorẽ matutinũ ſucos colle-
ctos in uaſculo habeto & ex eo ungebis eadem
ad carbunculos ex aceto tunſa imponitur.

## AD MORSVM CANIS RABIDI.

Herbæ rutæ pondus.xv. ex uino bibitur plagæ tria ponunẽ rutæ folia trita cũ melle ſale & pice.

## AD CARDIACOS.

Herbae rutæ faſciculuſ cũ rhoſaceo decoquitẽ ad/iecta aloes uncia & olei punctionem dolori reſi/ſtit.

## AD LYTARGVM EXCITANDVM.

Herba ruta ex aceto infunditur fronti.

## AD IGNEM SACRVM.

Herba ruta ex aceto & oleo illinita ſanat.

## AD ACIEM OCVLORVM.

Herbæ rute folia ſubinde manducet ieiunus cum uino contrita potui data antidotum eſt.

## AD PROFLVVIVM MVLIERIS.

Herbam rutam circũſcribe auro & ebore & argẽto ſublatã eam alligabis infra talum

## AD FLVENS SEMEN.

Herba ruta manducatẽ a balnico cũ liquamine.

## AD CAPITIS DOLOREM.

Herba ruta ex uino potui datur & ſtillatur capiti cum aceto & rholaceo.

## NOMEN HERBAE MENTASTRI.

A græcis dicitur Calamentes.
Alii Elethon agrion. Alii Oſmites bremu.



Alii Theſbooſtanes.
Prophete Gonoſapollonos.
Itali Mentaſtrũ uocãt.

AD AVRIVM VICIA VEL DOLORES.

Herbae mentaſtri ſucus cũ uino auſtero mixtus et ĩ auriculæ cõiectus uermes natos necare credit

AD ELEFANTIOSOS.

Herbae mentaſtri folia eius adhibentur cõman/

ducata ſanare certum eſt. VT SCIAS

CVIVS STELLE TVTELA SIS.

Herbã mentaſtrũ tollis mũdus in linteolo mũdo habeto ut qñ in pane cocto granũ frumẽti inte/grũ iueneris quem ſimul cũ herba ponito & p̄caris ſeptẽ.i. Solẽ lunã martẽ mercuriũ Iouẽ Venerem Saturnũ: & ſub puluino pone ut tibi p quietem oſtendant in cuius ſtelle tutela ſis.

NOMEN HERBAE HEBVLI.



| | |
|---|---|
| A græcis dicitur | Cameſete. |
| Alii | Meros aphrodites |
| Alii | Cameatte. |
| Alii | Aleate ebuc. |
| Galli | Eub ocone. |
| Dacii | Olma. |
| Itali | EBulum dicunt. |

## AD CALCVLOSOS.

Herbam Ebulum tenerū cum foliis tritum ex ui/no potu dabis calculos expelles.

## AD SPLENEM.

Radicē Ebuli coctam ad tertias cum aqua bibat.

## AD COLVBRI MORSVM.

Herbam Ebulū anteq̃ ſuccidas eā teneas eā & ter nouies dicas oī male beſtie canto atq; eā ferro q̃ acutiſſimo elima ſecus terram trifariā precidito & id facies de eo cogitato cui medeberis. r̄uerſus ita ne reſpicias & ipſam herbā contritam imponito continuo ſanabitur.

## AD HYDROPICOS.

Herbe Ebuli radicis ſucos exp̄ſſos cyathos q̃tuor ex uino ſextarios ſemis potu ſemel in die dabis hydropicis ualidiſſime p̲deſt p anū enim humor omnis detrahitur.

## AD SPLENIS DOLOREM.

Herbae Ebuli radicē ſiccatā & in puluere molli

mo redactam ex uino cyathis.iii.pulueris coclea
ria in limine ſtans bibat & Ebubũ ſemp ſecum ha
beat:ſed Ebulũ ſine ferro lectum.

## NOMEN HERBAE PVLEIVM.



A grecis dicitur Lvconos:

Puleium quam uim medicamentis ſecum habeat
multi ignorant. Duo enim genera ſunt maſ
culus & femina. Maſculus album florem habet

femina rubeũ ſiue purpureũ: utriq; utiles ſũt & mi
rabiles. mirabile autẽ in ſe habent cũ maximis co
loribus floreant cũ fere alie herbæ creſcunt.

AD CAPVT NE AB ESTV CON-
CALESCAT.

Herbã Puleium tecum aut ſup aurẽ aut ſub anu-
lo portato. hoc & hyeme tota facito nec graue-
dinem ſenties nec perfrictionem.

AD DOLOREM INTESTINORVM
INFANTVM.

Herba Puleium & cyminũ tritum ex aqua & ſup
umbilicũ imponito continuo ſanus fiet.

AD STOMACHI NAVSEAM.

Herbã puleium tritam uel in aqua maceratã cum
aceto potu dabis nauſeam ſtomachi ſedat.

AD VERETRI PRVRIGINEM.

Herbam puleium in aqua feruente maceratũ tam
diu donec bibi poſſit aqua optimum eſt & pru-
riginem ſedat.

AD VENTRIS DOLOREM.

Herbã puleiũ cõmanducatũ & ĩ umbilico poſitũ
religatũ ne excidat cõtinuo dolorem diſcutit.

AD TERTIANAS.

Herbæ puleũ ramulos lana inuolutos odor & an
te acceſſionem quod ſi coronam in capite habue
rit capitis dolorem ſedat.

SI INFANS MVLIERIS IN VTERO MORTVVS FVERIT.

Herbæ Pulei caudas tres recenteſ quod olet ſua-uiter tritum in uino ueteri optimo quartario da bibat.

NE IN NAVE NAVSIERIS.

Herbam Puleium & abſinthium ſimul tere & ex oleo & aceto nares frequenter frica.

SI MVLIER MINVS PVRGATVR.

Herbæ Pulei ſemiunciã in oximelli cyathis duo-bus mane ieiuna bibat.

SI SECVNDE A PARTV NON SE-CVNTVR.

Herbæ Pulei tres diſcinge caudas in uino bono da bibat.

AD VESICAE DOLOREM ET CAL-CVLVM.

Herbam Puleium in uino cyathis duobus bene contritum ieiunus bibat & continuo in ſoliũ de-ſcendat intra paucos dies ſanat & calculus pellit

SI QuIS CIRCA COR ET PECTVS DOLET.

Herbam Puleium glutiat ieiunus.

SI SPASMVS FVERIT

Herbam Puleium in aceto cyathis duobus ieiu-nus bibat.

SI MVLIER OBTICVERIT.

Herbam Puleium contritum & in puluerem re/dactum lana inuolutum ſubiiciatur ab obſtetri/ce.

AD STOMACHI INFLATIONEM AVT INTESTINORVM.

Herbam Puleium ex aqua calida contritum uel ex uino aut per ſe dato remitteris cito.

AD MORSVM ARVICVLORVM

Herbam Puleium in oximelle quartario uel cyathis quatuor ieiuno da bibere eiiciet bilem & ſaniem albam idem faciet ut facile reſpiret.

AD SPENIS DOLOREM.

Herbã Puleium decoque ex aceto & idem acetũ calida permixtum potu dabis nequid pulei pregnanti dederis.

AD SCIAM VEL COXARVM DOLOREM.

Herbam Puleium & piper equis ponderibus tritum in balneo fricabis ubi dolet frequẽter ſauus erit.

# NOMEN HERBAE NEPITE:



A grecis dicit᷑ Mente orion.
Alii diaulas. Prophete Ema ammonos. Itali Ne-
pitam montanam.

## AD SERPENTIVM MORSVS.

Herbae Nepitae montanae ex uino tritae ſucns
eius exptеſſus cũ uino potui datur: cuius etiã fo-
lia contrita plage utilitẽ imponunt᷑.

## NOMEN HERBAE PEVCEDANVS.



| | |
|---|---|
| A græcis dicitur | Peucedanus. |
| Alii | Syſon agrion. |
| Ali i | agnoſ.llor. |
| Propgete | agathos. |
| Itali | Pinaſtellum. |
| Alii | Satanariā. |

## AD SERPENTES EFFVGANDOS.

Herba Peucedanus arcet enim ſerpentes odore ſuo: peucedanus cum bettonica & adipe ceruina aut medulla aceto mixto eademq; morſui impoſita medetur.

## AD FRENETICOS.

Herba peucedanus cum aceto capiti infuſa ſũme facit.

## NOMEN HERBAE INVLE CAMPANE



| | |
|---|---|
| A græcis dicitur | Panax chinoria. |
| Alii | Centauria panax elion |
| Alii | Helenã. |
| Itali | Inulã campanã. |

## AD VESICAE DOLOREM.

Herba Inula campana & apii ſemen & aſparagi & feniculi quoq; radices in uinum trite & in tepida potu data efficaciter prodeſt.

## AD DENTIVM REMEDIA.

Herbã Inulã campanã ieiunus cõmanducet dentes confirmat.

## AD LVMBRICOS.

Herbæ Inulæ folia ex uino trita ſupra uentrẽ ponuntur.

## NOMEN HERBAE CYNOGLOSSE.

| | |
|---|---|
| A græcis dicit̃ | Cynogloſſa. |
| Alii | Prigiã. |
| Alii | Emionion. |
| Alii | Spenion. |
| Alii | Caballion. |
| Alii | Acolymbos. |
| Alii | Pyrgos. |
| Alii | Leoceion. |

Aegyptii Cenis. Itali linguam caninam. Alii ſubliuium. Alii linguam macedonicam.



AD MORSVM SERPENTIS.

Herba liugua canis trita ex uino ſumpta ꝓdeſt.

AD QuARTANAS.

Herba Cynogloſſa que folia tria habet piſata & potu data ex aqua liberat.

AD AVRIVM SVRDITATEM.

Herbæ Cynogloſſæ ſucum expaſſo & oleo tepe facto in aures ſtilla mire ſanat.

## NOMEN HERBAE SAXIFRAGIA.



| | |
|---|---|
| A græcis dicitur | Adiantos. |
| Alii | Scolopendriā. |
| Alii | Stolimos. |
| Alii | Brochos. |
| Aegyptii | Phepere. |
| Itali | Saxifragiā. |
| Alii | Vitis candana. |

Alii aprogo. Alii lampago.
Naſcitur in montibus locis ſaxoſis.

## AD CALCVLOSOS.

Herbā ſaxifragiā contritā in uino bibendā dato febricitanti in aqua calida tā pn̄s effectus ab expertis traditur ut eodem die pfractis eiectiſq̄ calculis ad ſanitatem perducat.

## NOMEN HERBAE HEDERE NIGRE.



A græcis dicitur Ciſſos melas.
Alii Ciſſomiention.
Galli Bolus ſerſon.
Dacii Arpropriā.
Itali Hederā nigram.

## AD CALCVLOS PELLENDOS.

Herbæ hedere nigre baccas aut.vii.aut.xi.contritas ex aqua potu ſumptas mire calculos in ueſica congregatos frangere & extrahere per urinā certum eſt.

## AD CAPITIS DOLOREM.

Herbæ Hedere cum oleo rhoſaceo & cū ſuco eius mixtos uino tempera & frontem perfricabis ſedat dolorem.

## AD SPLENIS DOLOREM.

Herbæ Hedere nigre grana primo.iii.ſecūdo.v. tertio.vii.quarto.viiii.quinto.xi.ſexto.xiii.ſeptimo.xv.octauo.xvii.nono.xviiii. decimo.xxi. in uino bibuntur diurnis diebus ſi cum febre in aqua calida maximo auxilio lienoſis erit auxiliatur.

## AD SPALANGIONVM MORSVS.

Herbæ Hedere radicis ſucus imponitur.

## AD VLCERVM REMEDIA.

Herba Hedera ex uino decocta imponitur.

## AD NARES MALE OLENTES.

Herbæ Hedere ſucus bene colatus in nares infun ditur.

AD AVRIVM INVTILITATEM ET QuI MINVS AVDITNT

Herbæ Hedere ſucus mundiſſimus cum uino ſtil latus medetur.

NOMEN HERBAE SERPVLLI.



A græcis dicit Serpullum. Alii Gigos. Aegyptii meru. Itali ſerpullũ. Alii Polliõ. Alii cicer erraticũ

## AD CAPITIS DOLOREM.

Herbæ Serpulli ſucum cum oleo & ſale fricato & in puluerem molliſſimo redactũ omnia cõmixta caput punctũ ſanat. Item Serpyllũ decoctum in aceto tritum linitur timporibus & fronti.

## NOMEN HERBAE ABSYMTHIVM.



Naſcitur locis cultis & montuoſis & ſaxis.

## AD PERICVLVM FVNGORVM.

Herbæ abſynthii ſucum ex aceto bibat hoc ſero
tinus uir centenarius euaſit cum eſſet a fungiſ ten
tatus.

## AD LIVORES TOLLENDOS.

Herba abſynthium ĩ aqua decoctum & inductũ
panno imponis in corpus tener ſi fuerit ex melle
impone.

## AD LVMBRICOS.

Herba abſynthium & Marrubiũ & lupinoꝝ pa
ria pondera in aqua mulſa cocta uel uino bis aut
ter poſita in umbilico necat lumbricos.

## AD IGVINIS VEL INTER TRIGMAS MOLESTIAS.

Herbæ abſynthĩ ſurculum ſumito & in ſemicin
cto tectum portato.

## NOMEN HERBAE SALVIE.

| | |
|---|---|
| Alii | Ciſſion. |
| Alii | Beclo. |
| Alii | Elees pacon. |
| Alii | Pacos. |
| Alii | Spagnos. |
| Aegyptii | Anuſi. |



Itali Saluiã uocant.
Alii Tuſſillaginē.

AD VFRETRI PRVRIGINEM.

Herba ſaluia decoquitur & de ea aqua infrica ue retrum.

AD PRVRIGINEM CIRCA ANVM.

Herba Saluia decoquit̃ & de ea aqua inferiores partes fomentatur & ſedat pruriginē ſũme.

NOMEN HERBAE CORIANDRVM.



AD LVMBAICOS.

Herba Coriandrum coquitur ad tertias in oleo & capiti immittitur.

VT MVLIER CITO PARIAT.

Herbæ Coriandri ſemen grana.xi.aut.xiii.in linteolo mundo de tela alligato puer aut puella uirgo ad femur ſiniſtrũ prope inguẽ teneat et mox

ut omnia peracta fuerint remediũ cito ſoluat ne inteſtina ſequantur.

AD PVLICES.

Herbæ Coriandri aquam in domo ſpargito.

NOMEN HERBAE CEREFOLIVM:



AD STOMACHI DOLOREM:

Herbae Cerefolii uirides cymas tres colligis &

puleiũ in ligno teres mellis cocleare malaxas bul
lito papauer uiride & inducis in ſtomachum.

## NOMEN HERBAE SISIMBRIVM.



## AD VESICAE DOLOREM ET STRANGVRIAM.

Herbæ Siſimbri contriti exceptos ſucos ſcrupu-
los duos febricitãti ex aqua calida nõ febricitãti
ex uino potui dabis remediabis mire.

## NOMEN HERBAE OLYXATRVM:



### AD VESICAE DOLOREM ET STRANGVRIAM.

Herba Olyxatrũ trita expaſſo potu ſumpta ſtrã
guria potenter emendat.

94

NOMEN HERBAE LILIVM.



A græcis dicitur Crinion.

AD PERCVSSVM A SERPENTE.

Herbæ Lilii bulbum conterito & in potu dabis aut ipſũ bulbũ tritũ morſui apponas ſanabitur.

AD LVXVM.

Herbæ Lilii folia tunſa & poſita efficaciter ſanãt & ſi tumor fuerit ſedat.

## NOMEN HERBAE TITIMALLVM SALATITE.



Naſcitur locis humidis & ripis.

### AD INTERANEORVM DOLOREM.

Herbæ Titimalli fruticē teres & in uino cyathis duobus ex eadē mittes ſucos coclearia duo dato ieiuno bibere ſanabitur.

### AD VERRVCAS TOLLENDAS.

Herbæ Titimalli lac mittã cũ herba batrachi her
bæ ſuco in uerrucã impoſueris tertio die ſanabit
## AD FISTVLAS.
Herbæ Titimalli ſucũ cũ uino mixtũ ſup expri-
mito deinde ceteris fomentis obligato.
## NOMEN HERBAE CARDI SYLVATICI.

Alii Camereon dicũt.
Naſcitur in pratis & ſecus uias.

## AD INFIRMITATEM STOMACHI.

Herbæ Cardi ſyluatici qđ habet in capite in ſũmo medullã uiridẽ dato ex oxyrago edat.

## AD OCCVRSVS MALOS VT NON TIMEAS.

Herbã cardũ ſyluaticũ ſi ſole nouo fuerit luna in capricorno tollis eũ & q̃diu tecũ portaueris nihil mali tibi occurrit.

## NOMEN HERBAE LVPINVM MONTANVM.



A græcis dicitur Thermos ſerinos:
Naſcitur ſecus ſepes & loca ſabuloſa.

AD LVMBRICOS ET TINEAS.

Herbam Lupinũ montanum tere cum herba & dato ex aceto cyathũ unũ bibere ſine mora eiiciet Idem infanti cum abſynthio trito ĩ umbilico im ponitur.

NOMEN HERBAE LATERIDE.



A græcis dicit̃ Coccos n'dos. Alii Camelã. Eupolis Apentemon. Aegyptii Otheitiniũ. Itali Cito cautiũ. Alii Lateridam.
Naſcitur locis cultis & ſabuloſis.

AD DVRICIAM VENTRIS.

Herbæ Lateride ſemen quod ẽ granũ dabis purgatũ potu ĩ aqua calida mox aluũ concitat.

NOMEN HERBAE LACTVCAE LEPORINAE.



Naſcit̃ locis cultis & ſabuloſis. Lepus eſtate cum animo deficit eſtu hac herba remediat̃ ideo lactuca leporina dicitur.

## AD FEBRICITANTES.

Herba Lactuca Leporina opponit̃ ſub puluino neſcienti remediabitur.

## ET SI PILI OCVLIS OBSTANT.

Herba Lactuca Leporina pilos ſũme religat.

## NOMEN HERBAE SICIDEN AGRIA.



Itali Cucumerẽ ſyluaticum appellant.

Naſcit̃ locis maritimis & calidis. AD NER/
VORVM DOLOREM ET PODAGRAM
Herbæ Cucumeris ſyluatici radices coq̄s ex oleo
cibario pōdo .iii. & ad tertiaſ ip̄as radiceſ iunges
cū̃. AD ABORTVM.
Herbæ Cucumeris ſyluatici radicē ad tertias coquat & inde ſe ſublauet. Si q̄s aūt ieiunus fructū
eius ediderit pičl tabit̃ : iō abſtineat ne mādučet.

NOMEN HERBAE CANABVM
SYLVATICVM.



Naſcitur locis aſperis & ſecus uias & ſepes.

AD MAMILLARVM DOLOREM.

Herbā Canabū ſyluaticū tunſā cū aſſūgia īponat diſcutit tumorē & ſi collectio fuerit expurgat.

A FRIGORE EXVSTIS.

Herbæ Canabi ſyluatici fructū tritū cū urtice ſemine ſubiges aceto & eis impones.

NOMEN HERBAE PIGANVS AGRION



Itali Rutam montanam dicunt.

AD CALIGINEM OCVLORVM ET QuI VLCERA HABENT.

Herbæ Rutæ montane florem & folia coque & i uaſculo uitreo mitte. uinum uetus admiſce & ſic inunges.

AD PRECORDIORVM DOLOREM.

Herbā rutam montanā contunde in uaſe ligneo deinde adde tribus digitis quod prenhere poteris mitte in calicem & uini cyathum unū & aquæ cyathos duos da bibat & cōtineat ſe in lecto modicum & ſanus erit.

AD EPATIS DOLOREM.

Herbæ Rutæ montane manipulum in ollam & aquæ eminas tres mellis eodē adiicito exēpta ruta & facis inferueſcat aqua cū melle & p triduum facies bibere & plures poteris ſanare.

AD EOS QuI VRINAM FACERE NON POSSVNT.

Herbæ Rutæ montane coliculos nouē contere addito aque cyathos tres & aceti eminā ſubferueat & da bibat continuo dies nouē ſanus fiet.

AD EXTERMINATOS A VINO.

Herbae Rute montane ſemen cum uino bibat.

SI QuEM SCORPIO PERCVSSERIT.

Herbae Rute montane ſemen contritum ex ui-

no dabis potui dolorem ſedat.

## SI MVLIER ALIQuID MALI IN-TRINSECVS HABVERIT.

Herbae Rute mõtane ſemen contritum ex uino auſtero da bibat preter partum.

## NOMEN HERBAE EPTAFILLON.



Itali Septem folium dicunt

Naſcitur locis cultis & ſabuloſis.

AD PEDVM DOLOREM VEL AVRIGINOSOS.

Herbæ ſeptem folii trite cum luteo mixtus ſucus pedes perunges tertio die dolorem tollit.

NOMEN HERBAE OZIMVM.I. BASILICO.



## AD CAPITIS DOLOREM.

Herba Ozimum tritum cum oleo rhoſaceo aut myrteo uel aceto fronti imponitur.

## AD EPIFORAS OCVLORVM.

Herba Ozimum ex uino optimo tritum oculis illinitur. Idem ad renes in maligranati cortice bibitur.

## NOMEN HERBAE APIVM.



A græcis dicitur Selion.

## AD EPIFORAS OCVLORVM.

Herba Apium tritum bene cum pane oculi tegũ
tur.

## NOMEN HERBAE HEDERĘ CHRY/
## SOCANTES.



A græcis dicitur Cyſſos chryſocantes.

AD HYDROPICOS.

Herba Hedera chryſocantes dicit᷑ ideo q̄a grana fert coloris aurei. hec grana uiginti in uini ſexta/rio contrita & ex oleo & uino terni cyathi bibuntur per dies ſeptem qui per urinam exinaniuntur

NOMEN HERBAE MENTA.



A græcis dicitur Odioſmu.

## AD IGNEM SACRVM.

Herbæ Mente ſucus expreſſus adiecto ſulphure & aceto teris & pena inunctus ſine dolore ſanat.

## AD VLCERA IN CAPITE MANANTIA

Herba Menta contrita & impoſita ulcera ſiccat.

## NOMEN HERBAE ANETVM.



## AD VERETRI PRVRIGIMEM.

Herbã Anetũ cõbure & cõmiſce cũ melle deinde

uulnus foue ex aq̃ deinde ex mirtino oleo calida lauas & ſic medicamen impone.

## AD LOCA MVLIERVM SI DOLENT.

Herba anetũ medicamen ſupraſcriptum ſpiſſum factum iniiciatur ab obſtetrice.

## AD CAPITIS DOLOREM.

Herbæ Aneti florẽ cum oleo decoques temporibus ligato & illinito.

## NOMEN HERBAE ORIGANVM.



AD TVSSEM.

Herbā origanū cōmanducet miraberis effectum

NOMEN HERBAE SEMPER VIVENS.



| | |
|---|---|
| Alii | Vngulā martis. |
| Alii | Vnciā ueneris. |
| Alii | Pratū maiorem. |
| Alii | Pratū minorē. |
| Alii | Multifolium. |

Alii Immortale.

AD OPOSTEMA.

Herba ſemp uiuẽs cũ aſſungia & pane & Corian dro ſimul cõtrita inuicẽ malagmatis impone.

AD HENVTRITEVM.

Herbæ ſemp Viuẽtis folia quinq; trita in aqua ca lida potu danť.

NOMEN HERBAE FENICVLVM.



AD TVSSEM.

Herbæ Feniculi radicem tunſam in uino ieiunus

bibat per dies nouem.

## AD VESICAE DOLOREM.

Herbæ Feniculi uiridis faſcẽ & apii uiridis radicẽ aſparagi agreſtis radicẽ in pultario nouo mittis & aq̃ ſextariũ & ſimul ferueãt ad quartas & ieiunus bibat diebus ſeptẽ uel pluribus. balneo utat' in recentẽ nõ deſcendat: frigidã non bibat ueſicæ dolorem ſedat ſine mora.

## NOMEN HERBAE ERIFION.



Itali Rutam agreſtẽ dicũt

Naſcit̃ in̈ gallia in mõte ſyra & figurã habet apii
florẽ habet purpure ſimilẽ naſturcio ſeptẽ radici
bus totidẽq; ramulis. ipſa aũt patula humo aſpe
ris minimiſq; irriguis omni florens tempore ſe-
men habet tanq̃ fabam.

## AD TYSICOS.

Herba Eriſion piſata malagmatis genus ĩpoſita
ſanat: ſucum eius potu dato mirab eris uirtutẽ.

## NOMEM HERBAE SYMFITVM ALBVM



# AD PROFLVVIVM MVLIERIS.

Herba Symfitũ ſiccata piſata & in puluere molliſſimo redacta in uino potui datˀ mox reſtringit.

# NOMEN HERBAE PETROSELINVM.



Itali Triannem dicunt.

# AD MORSVM SERPENTIS.

Herbe Petroſelini puluerẽ molliſſimum dragma

Itali Regia dicunt.

Herba Baſiliſca in illis locis naſcitur ubi fuerit ſerpens baſiliſcus. Non enim unum genus eſt eorū ſed genera ſunt tria. Vnus eſt olocriſſus. Alius ē ſtellatus capite aureo. Tertius ematites. Olocriſſus qui dicitur chryſeos quod uiderit inſufflat & incendit. Stellatus autem qui eſt chryſocephalus aſterites quod uiderit areſcit & occidit. Tertius autem qui eſt ematites quod uiderit uel percuſſerit defluet & oſſa per ſe remanent. Omnes uiolētias earū hec herba regia obtinet. Si quis homo eam ſecum habuerit: ab omni genere ſerpentum tutus erit.

Mandragora eſt herba quedam habenſ radicem habentem ſimilitudinem humanā cuius color eſt ligneus cinericius: inuenit̃ quandoq; niger cōplexionem habet frigidā & ſiccā tamen deſiccatiuā: ſed eius cortex debilis ē & ſubtilis: habēs narcoticā uirtutē in qua quidē radice reperiunt̃ lacrymę & ſucus. Eſt enī Mandragora maſculus & foemina que p ſua folia cognoſcunt̃. In maſculo quidem folia apparent foliis bliti: ſed in femina folia ſunt ſicut lactuca: licet quandā habeant aſperitatē: habent uirtutē ſtringēdi mollificandi inter-

NOMEN HERBAE MANDRAGORA



ficiendi & mortificādi: Si eni aliq̄s ea comederit
moriet̃ ſtatim: ſi nō ſuſcurrat̃ cū butyro & melle
& illico euomat: aliter nō euadet etiā ſi alicui ali-
quod membrū fuerit emutilandū cōburendū uel
ſerandū bibat cum uino · unciam mediā & tantū
dormiet quouſq; abſcindatur membrum aliquo
ſine dolore & ſenſu. Dens ēt elephātis cū ea mol
lificat̃ taliter ut fiat molle & aptū cuicūq; formæ

Odor huiuſmodi radicis inducit appoplexiã pre cipue maſculi poſita in uino inbebriat uehemen ter: & ſi fiat miſcale pro mulieribus educit fetum uiuum uel mortuum & matricem mundificat qñ bibitur dragma una uel duæ: & ſi miſceatur cum ſulphure & bulliat in uino & ſedeat mulier deſu- per abſcindit fluxum menſtruorum. Maculæ fa ciei delentur cum ſuis foliis ſi bene fricentur: etiã poma predicte Mandragore uel etiam radix cũ aceto mixta eriſipilam curat: ex pomis autem fit aliquãdo quando bene teruntur & cum oleo cõ miſcentur quod quidem multa operatur quoniã radix ſecundum quod humano corpori appli- catur.

# REGISTRVM HVIVS LIBRI.

Incipit herbarium.
Herbae Vettonice.

Aegyptii Pempetar.
Ad inguinũ dolorem.

Naſcitur circa foſſas.
Alii ernon.

Ad lentigines.
Alii dris.

perſanat.
Centanria minor.

Alii ſcyllam.
Alii marrubium.

Herbae œnantis.
& perungebis eos.

Alii Cidiodena.
A grecis dicit᷑ ꝑthea.

Nomen herbae Filix.
& piſatã & in.

A grecis dicitur.
Ad dentium dolorẽ

Herbae Peucedanus.
Alii aprogo.

Herbae Titimalli.
Naſcit᷑ locis cultis.

Alii Immortale.
una ex uino.

Et ſic eſt finis.

[illegible]